

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Reden und Arbeiten der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420, 1-4**

57 Reden der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420,3

**Molter, Johann**

**[Karlsruhe], 1783-1800**

[Ringer, Jacob Friedrich]: Laborem cuique homini esse necessarium,  
explicuit, 27 Nov 1784

[urn:nbn:de:bsz:31-99849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-99849)

Laborem cuique homini  
esse necessarium,  
explicuit

Jacobus Fredericus Ringer,

a. D. xxvii Novembris.

M. D. cc. LxxxiV

clatorem cuiusdam  
off. officiorum  
hinc

hactenus hinc hinc  
hinc hinc hinc  
hinc hinc hinc

lam no  
nullum  
sed me  
quod  
hinc q  
est et  
magis  
indign  
fuit  
tot vir  
etiam  
labor  
vult  
aut t



Director Excellentissime!  
Socii Conditorisissimi!

Cum nos omnium rerum naturam introspectamus,  
nullum omnibus viribus destitutum invenimus,  
sed multo magis ad totum universum  
quodcumque vel minimam pertinere. Homo  
vero quem natura ingenii acumine illustra-  
vit, et viribus mentis ac corporis cumulavit,  
omni virium harum exercitiis, hominis nomine  
indignus. Et plane contra divina sapientia in-  
stituta agit. Nam quem ad finem Deus huic  
tot vires donavit, nisi, ut sibi et ipsi et  
aliis illas exercens perfectiones compararet.  
Labor igitur cuique, qui inter homines numerari  
vult, necessaria est. Huic qui contemnit rejicit  
aut timet sane brutorum instar parum de se



et aliorum bono cogitans in diem vivit. Quid  
 est enim, quo homines suas nanciscuntur  
 perfectiones? labor. Quid est, quo alius  
 profumus? labor. Quid denique est,  
 quo vivimus? labor. Circumspicias  
 omnes hominum aetates, ordines et mores,  
 et quem et omnibus exemeris laboris  
 expertam hominum societati tantillo  
 esse usui, quantillo mortuum dicas. Non  
 Nec illud etiam ignotum est sine labore  
 nihil acquiri, quod possit esse diu  
 jucundum, et acquisitis rebus eo maiorem  
 percipi laetitiam, quo magis fuerit in  
 earum adeptione elaboratum. Ignavum  
 et voluptuosum, qui semper nil, nisi quod  
 ad palatum est, appetit tandem



ipsarum deliciarum et voluptatum cadet.  
 Diligenti vero omnis progressus, omnis perceptio  
 impetrata eruditionis et omnis fructus boni,  
 quod viribus suis sibi comparavit veram laetitiam  
 et hilaritatem afferunt. Eoque maxime  
 laboris necessitas ceruitur, quod homines a  
 vitis et sedibus prohibet. Labor est  
 intentio vicium, quae et nobis et aliis utili-  
 tatem parat, ea quae facile intelligi potest,  
 non omnia, quae agimus aut perficimus esse  
 laborem. Elegantissime hoc Plinius noster  
 expressit: "Satius est, inquit, otiosum esse, quam  
 nihil agere". Profecta igitur quisque, qui  
 nihil agit, omisso bono perperam agit. Otium  
 vitis alimentum praebet. Ut a cibo tota pendet  
 vita cum suis functionibus, sic a labore, quaecumque  
 sunt honesta et utilia proficiuntur, quam ob



rem quemadmodum, qui propagare vitam  
 studet, non negligit corporis alimenta, ita  
 etiam, qui rerum pulchrarum amore captus  
 est, magnifaciat oportet laborem, quem  
 qui contemnit, ut alimentum, mentis, nec  
 dignus esse corporis alimento videtur. Quos,  
 quam vero multi sunt, qui pingui otiosos  
 defluant, ut brutorum instar in terras  
 proxi ventri tantum et ab domini feriant,  
 tamen id firmiter teneamus, ut animi  
 vires, quibus percipimus et intelligimus,  
 quibus veritatem ex veritatibus inter  
 se conexis eruimus, crebris exercitiis ita  
 poliamus, ut splendida inde comoda, et  
 nobis et aliis elucescant.



tam  
nta ita  
ceptus  
quem  
nee  
tur. Qu  
fiscus  
torres  
lesiont  
ini  
gimus  
iter  
tio ita  
et

92. 48



94

*[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]*